

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De piis affectibus per creaturas excitandis. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

tualis efficiare, voluntati Dei sanctissimae obtemperando, ex sententia illius Euangelici pronuntiata. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in celo est, ipse meus frater, & soror, & Mater est.*

Secundum. Privilegium est, sicut Matrem extitisse & Virginem, iunctis per miraculum fecunditate & Virginitate. Ora Christum per Maternam meritam, ut tibi honorum omnium impetratur ubertatem, puritati corporis animique coniunctam.

Tertium. Grauidam nouem mensibus Christum tulisse, non solum absque molestia ponderis, verum etiam cum leuaminis sensu. Obscura, ut nonquam tibi graue videatur iugum Domini portare, sed contra leuis ac suavis appareat obscuratio legum illius.

Quarum. Cum aliae omnes prolem cum dolore sint enixa, hanc summo cum gaudio perisse. Ora Beatam Virginem, ut gratiam tibi impetreret, spiritualiter pariendo Deum, hilari bonorum desideriorum, propositorumque execuzione, quam præstate decreuisti, atque hinc animi tibi crescent, ad vincendas omnes difficultates molestiasque, quæ bonis operibus esse solent impedimento.

Quintum. Postquam angustis vteri claustris Virgo illum esset complexa, quem neque celi neque terra comprehendunt, tantam ei inter res creatas capacitem datam, ut in ea Deus collocaret plenitudinem gratiae, que sanctorum omnium gratiam immense superaret. Deum obtestaberis per amorem illum, quo nouem mensibus se vtero Virginis inclusi, eius te gratia celestiumque donorum capacem efficiat, quibus iam te inde ab omni æternitate ornare decretit, si tu modo permittas.

Sextum. Postquam verbum æternum humanitas nostræ vestem de castissimis Virginis Beatissimæ visceribus, sibi texuisse, instar Pontificis summi eam dicavit consecravitque in templum viuum, verumque tabernaculum Dei: ex illa Datidici carminis sententia: *Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.* Obscura Deum, interposita prectione Beatissimæ Virginis, ut quoniama per Baptismi fontem in Spiritu S. templum es consecratus, illud omni labe purum serues.

Septimum. Cum Christus sit verus vita panis, Virginem Mariæ vterus factus est publicum orbis horreum, è quo eductum est frumentum electorum, ut conderetur panis Eucharistie, quo fideles omnes pascuntur, nutriunturque; qui venter illo celebratur Sponfi cantico: *Venter tuus sicut aceruus tritici.* Obscura Beatissimam Virginem, ut quemadmodum liberalis fuit in subministrando Angelico illo pane, sic quoque gratiam tibi impetrat, eum pari (quod tanto par est mysterio) religione, obseruantiaque gaudi.

Ottimum. Cum Christus sit secundus noster

Adamus, cœlestis nempe ille ac Diuinus dum in Mariæ latuit abditus visceribus, eam secundam Euam reddidit, ex qua per Christum regenerati sumus in filios Dei adoptivos, cum ex prima Eva nati essemus, filii ira. Accurre igitur boni instar filij ad piissimam hanc Matrem, eam obtestare ut in suâ te tutelam recipiat, & à primæ Eva te calamitatibus aferat.

Nonum. Postquam in Virgine Deus habitat, facta est instar paradiisi deliciarum ac voluptatum, imò cœli instar Empyrei, cui semper frequens assistit cœlorum regia, cum nequeant cœlestes illæ mentes spectaculo hoc satiari, quale fuit videre immensem Deum, unius virginis sine inclusum, Deum orabis, ut animam tuam vertat in paradisum diuinæ sue maiestatis; expurgeatque spinis, vetricis, tribulis omnibus vitorum, quæ sterilem in siluam, atque infuscandam eam conuertunt.

CAPV DECIMVM QVARTVM.

De piis affectibus per creaturas Excitandis.

Octauum genus affectuum peti potest ex creaturis, quæ se nostris sensibus obiciunt, prout unaquaque incidet in sensu nostris. *Nam* vit ait S. Basilius: *Vniverſa hec mundi moles, preinde est ac liber literis exaratus, palam contestans ac deprecans gloriam Dei illius,* Augustissimam Matrem, arcanam aliqui & inuisibilem, abunde enunciatis tibi intellectuali creatura. Hoc autem arte David docuerat: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Quod cum aliis modis præstat per se ipsum, tum etiam per reliquas creaturas, quæ incurvant in sensu nostris. *Nam* vt scribit S. Augustinus: *Ipsæ species in Psl. 18. creaturarum, voces sunt quedam Creatorem Laudantium.* Explicat autem locum. *Circumiu. & immolauit in tabernaculo eius, hostiam vocerationis, & legit, iubilationis.* Et unde, inquit, hostia iubilationis? unde inueni est circumuendo. Circumeat, inquit, animus tuus per vniuersam creaturam, vndeque tibi clabit creatura, Deus me fecit: quicquid te delectauerit, in arte artificem commendat, magisq; si circumeas vniuersa, consideratio concipit artificis laudes. *Vides Carolos, magna opera Dei sunt.* Vides terram, Deus fecit semina innumera, diversitates germinum, multitudinem animalium &c. Sic & S. Prosper: *Quod, inquit, est I. 2. deus testimoniun, quod semper Domino, deferruit, & mancat.* quam de eius bonitate ac potentia conticuit, nisi ipsa *totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum eius diues & ordinata largitio;* per quam humanis cordibus quedam æternæ legis tabula, prebeatantur, ut in paginis elementorum, & voluminibus temporum, communis & publica diuine institutionis doctrina legeretur. Cœlum ergo, mare, terra, & omnia quæ in eis sunt, consono specie sua ordinationis.

Chrysostomus: *Nisi prius adoraueris illum, qui tu lib. t. de
men illud dulcissimum oculus tuus mutur? Sic apud S. oran. Deo
Ioannem Climacum, quidam cocus erat, fin-
gulari lachrymarum gratia præditus; à quo cū
sedulò sciscitatus fuisse, quæ ratione tantum
donum adeptus fauissim, tandem precibus indu-
ctus respondit: se nunquam arbitratu*ri* in cultu
næ ministeriis seruire hominibus, sed in suis
fratribus, de Apostolis benè mereri, & ex ignis,
quem pérpetuo cernebat, conspectu vasta ignis
inferni incendia animo versalle, quæ confide-
ratio vberes ex oculis lachrymas solebat elice-
re. Sic S. Basilius hortatur: *Ne in mensa quidem
animus noster à Dei cogitatione vacare debet: verum ep. t. ad
ex ipsa ciborum natura sumentis corporis officio, oc-
casione fumere, dandi Deo gloriam, ut varia ciborum
species salubritati proprietatiq; corporam conuenientes,
ab eo, qui cuncta sapientissime dispensat, excoigitata
sum. Placet Deo, eius beneficentia inter fercula
recordatio: & vsque adeò placet, ut ei deditos,
celestibus tunc consolatiōibus reficiat, vt B.
Hugoni Episcopo, & B. Aloysio nostro conti-
gisse ex eorum virtutis scimus, & alii quos noui-
mus: quando etiam à sensibus abstrahi aliquos
velit, ut legimus de Isidoro apud Palladium, &
de S. Antonio Abate apud S. Athanasium, & Lais. c. t.
de B. Ioanne Teſſida in eius vita. Alioquin vt
dixit S. Clemens apud S. Ioannem Damascen. 1. Paral.
num: *Mensa, in qua nulla Dei memoria adhibetur, à cap. 5.
brutorum stabilo non differt. S. Climacus: Cam ad St. 14.
mensam epulis instructam discumbis, procidat in me-
diā iudicij mortis memoria, vix enim vel sic parum
concupiscentia obſiles. Dum calicem bibis, memento
item aceti & sella Domini tui, prorsus aut contine-
bis, aut certe per gemitum humilior eris:***

Noſter Pater Petrus Faber hac in re mire ex- 154.
celluit: Nam p̄t̄ea quæ infia de eo referam, 1. 2. c. 3.
huc spectare videtur, quod de eo scribit Orlan- vitæ.
dinus: *Nil temere aut ſordidē peruersam trahat.
Cum sacræ ſe vnde respergeret, Dominum precabatur,
ut quicquid illa benedictionis & virtutis haberet, id
omne conferat in animam suam, ad lauandam eam à
noxiis, ad complendam donis coeleſtibus, ad munierandam
& defendendam contra hostes inuisos. Ad ſacrarum
confectum imaginum, præter conſentaneum cultum,
intelligens vim propriam imaginis, eſſe, repreſentare
eum, cuius eſt imago, conabatur ipſum Dominum aut
Deiparam aut alium e coelitus, quem imago refer-
ret, menti ſua praesentes intimè facere, ut perpetuè inſer-
derent.*

Audiſ pluiaſ ſtrepitum, ſi eſt utilis eo tem-
pore, gratias age Deo pro ea, offer Deo tota claus
fidei, ſpe, charitatis, humilitatis, contritionis,
adorationis gratiarū actionis, invocations di-
uini auxiliij, &c: quot ſunt guttae illius pluiaſ.
Pete continuum influxum gratiae auxiliiorū, in
mensura bona, conſerta, cogitata & ſupereſ-
fluente, per quæ & tu (& tecum alijs) ſempre
perfettiſſime operis, & Deum quam maximè
glorifices. Audiſ ſtrepitum ſecularium rerum,
vel

vel personarum gratias agere Deo, quod te liberauerit è vita seculari, & posuerit in domo sua. Quando in itinere transis pagum aliquem, oppidum, vel urbem, vel Domini alicuius domum, &c. hos potes affectus deponere. Primo. Rogga Deum, ut per merita eorum, qui eo in loco placent ei, misereatur tui. Secundo. Gratias age pro beneficiis omnibus præteritis, præsentibus & futuris, concessis & concedendis iis, qui ibi habitant, habitant & habitabunt. Tertio. Commenda Deo omnes necessitates ibi habitantium, & vt Deus eos exaudiat. Quartu. Dete-
stare peccata illic commissa, & dole de illis. Quod si ibi sint heretici aliqui, actus contrarios fidei saltem in genere elice. Quintu. Pete remissionem peccatorum illorum. Sexid. Com-
menda Deo animas illic defunctorum. Sic S.

Fulgentius, dum Roman venisset, & sub Theodorico Rege illuc presente, Romanae Curie nobilitatem, decus, ordinemq; adspexit, (vt de eo in eius vita scribit eius discipulus apud Surium;) illis mugè secularibus non conseruit sed inde patiùs ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam exarist. Salubri disputatione, sic admonens fratres: Quām speciosa potest esse Hierusalem celestis, si sic fulget Roma terrena! Etsi in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria praestabitur sanctis contemplantibus veritatem. Similibus affectibus S. Martinus Episcopus Turonensis, occasione è creaturis accepta feruebat. Nam vt scribit S. Seurus Sulpius in Epistola ad Bassalam locrum suam, visitatus Diocesis Conducensem cum discipulis suis, videns Mergus in flumine pescibus capiendis insidiantes. Forma, ait hec demum est, insidiantur incauti, capiunt nescientes, captos deuorant exsatur ariq; nequeunt deuorari. S. Chrysostomus monet: Vellum amictus, continuum nobis monumentum, quo memores simus, quantis bonis exciderimus: & discamus, quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affectum. Nam postquam nostri primi parentes ob peccatum ab innocentia illa & angelica vita exciderunt, dispensauit Deus, vt ex ouium velleribus homines indumenta sibi pararet. Sit S. Franciscus vti scribit S. Bonaventura: Ut ex omnibus excitaretur ad amorem Dei, exultabat in cunctis operibus manuum Domini, & per iunctitudinis specula, in vinifaciam confurgebat rationem, &c. Contemplabatur in pulcherrimum, & per impressa rebus vestigia prosequebatur ubiq; dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam ascendere ad apprehendendum Deum, qui est desiderabilis totus. Inaudite enim devotionis affectu, fontalem illam bonitatem in creaturis singulis, tamquam in riuulis degustabat. Et S. Chrysostomus: Ab experimento, inquit, rerum tenuum fieri potest, vt accipiamus de magnis aliquid conjecture. Si quando in balneis fueris nimium effervescente, tum gehenna recordaberis: & rursus si quando febre acriore constagaueris, ad flammanum quo illuc est progredere: tum probè intelliges, quia si balneum, & febris adeò nos afficit,

156.
h. 18. in Gen.
157.
c. 9. vita.
ep. 5. ad Theod.

& terrant: quo animo futuri sumus, quando in flumen ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali? Quod etiam, in igne purgatoriij locū habet. Et h. 2. in Epist. ad Thessal: Quando. Vide-
ris aliquid bonum & magnum in presenti vita, cogita celorum regnum, & id nihil esse existimabis: quando terrible cogita gehennam & irridebis.

De S. Patre Nostro Ignatio scribit Ribade-
neyra: Vidimus inquit frequenter illum ex tenuissi-
mis rebus ad Deum, qui in minimis etiam maximus
est, ascendentem ex plantula, frondis, fructu vnius
aspetu, & vermiculi alicuius aut bestiola considera-
tione, super caelos, attollente se, & ad ea, que a sensibus
renota sunt, penetrantem, capientemq; è singulis vni-
lissima documenta, ad totius informationem vita. Et
Maffeius de codem scribit: Id nostris hominibus l. 3. c. 1.
cupiebat esse familiarissimum, vt è singulis rebus quoad
eius fieri posset, creatoris sapientiam, potentiam, bonita-
tem agnoscere. Et sic aliorum obiectis sensuum,
excitabis te ad actus supernaturales, iis similes
elicendos. Hoc suadet S. Basilius: Accumbens, in-
quit mensa ora, estans panem, largitor gratias re-
pendit: sufficiens, firmansq; infirmis corporis par-
tes vino, eius fac memineris, qui hoc te dono imperti-
uit, & ad inferendam cordi tuo latitiam, & ad mul-
tiplicium infirmitatum non mediocre solamen. Tun-
cam indueris: gracie agere benigne auctori. Amicis
pallio, fac vt in te augeat intensior erga Deum cha-
ritas, qui tegumenta gratiūd largitus est, hyeme asta-
tiq; accommoda, quibus & vita conseruetur, & turpi-
do obueletur. Tibine dies expletus abiit: illi reserto gra-
tianum, qui solem quidem nobis nihil tale merentibus in-
dulxit, in diuina operationis ministerium: ignem ver-
contulit illustranda nocti, vt quoque reliqui vita co-
moditatibus subseruat. Ipsa rursum nox alias ad orationem
suggerere posse occasiones. Etenim si quando in
celum susperieris, in extiam siderum pulchrituden-
mem, cole Deum, qui cuncta hac in sapientia condidit.
Vbi omnigenum animalium naturam in somnum re-
solutam ac depressam perspexeris, supplex procidens
adora eum, qui nos nec cogitantes, aut certe innatos,
indulgentiaporis, ac continentis assiduitate laborum
relaxat, & alleuat, perq; exigua quietis resocillatio-
nenem, vigorem addit corpori, vireq; restaurat. &c. Sa-
nè ad eum modum induulse, & continenter oraueris,
non quidem si verbis modo orationem expleueris tuam,
verius vbi omnis prorsus vita tua: ratio atque institu-
tum, diuinè te conformari volueris: sic vt vita ipsa
dici & esse promereatur, continens quedam, & in-
dulsa oratio.

Quin ipse Christus Dominus, similes affe-
ctus docuit S. Brigittam: Cum imponis tibi vita,
tam, seu velum capitis, quo stringuntur Capilli, dicitur
O Domine Deus meus, qui omnia bene creasti &
hominem excellentius pre omnibus ad imaginem tuam
creasti, miserere mei. Et quia non seruauit pulchrituden-
mem faciei mea ad honorem tuum, idèo velo frontem
meam. Cum verò attrahis calceos, dicio: Benedictus
sis tu Domine Deus meus, qui præcipi mihi habere cal-
ceos, vt sim fortis & non tepida in servitio tuo. Con-
forta

forte sit me, ut in mandatis tuis possum ambulare,
 &c. Cam vero ad mensam accedis, dico: O Domine
 Deus meus, si velles, sicut potes me sine cibo subsistere, lis-
 benter rogarer te, nunc autem, quia præcipit nos cibum
 sumere cum discretione, rogo te, da mihi continentiam
 in cibo, ut per gratiam tuam possum comedere secun-
 dum natura necessitatem, & non sicut cupiditas car-
 ni petiti. Cum autem accedas ad somnum, dico: Bene-
 dictus es tu Deus, qui temporum vicissitudinem dis-
 ponis nobis, ad alleviationem & solatium anima ac cor-
 poris, rogo te, da corpori meo quietem in hac nocte, &
 serua me illas, a potestate & ictione inimici. Et
 alio loco: Quando necessitate requirente, refectio su-
 munt, sic bona debet cogitare: O Domine omnia ter-
 rena non sunt nisi terra & transitoria, id est da mihi
 ea si disponere, ut de omnibus suam tibi reddere ra-
 tionem, ibidem B.V. Maria per S. Brigitteam in-
 ter alia, dat talia monita cuidam Episcopo. Cū
 primum euangelizaverit Episcopus de nocte, statim debet
 regnari Deo, pro charitate, pro passione eius in re-
 demptionem, pro patientia qua supportauit diu pecca-
 ta, & mores eius. Deinde cum surgit è lecto, & induit
 vestimenta sua: Terra tenetur vestire terra suá, & cinis
 esse cum cinere suo, verumtamen quis ex prouidentia
 Dei habeo Episcopale officium, in speculum aliorum,
 id est induo te aenum, qui es corpus meum, in cinere &
 terra non propter superbiam, sed in operimentum ne-
 nudus appareas: nec curvo virum indumentum tuum
 si melius an utilius, nisi tantum ut propter honorem
 Dei, Episcopalis agnoscatur habitus, & in habitu dis-
 cernatur ab aliis, Episcopalis autoritas, ad correctionem,
 & ad informationem infirmorum. Proprieta
 rogo te possum, Deus qui vocasti me ex gratia tua, da
 mihi continentiam in animo, ne superbiam ex magno
 emere preio, nec maniter glorier, de colore, sed tribue
 mihi fortitudinem virtutum. Ut sicut habitus Episco-
 pais, est honorabilis pra' aliis, propter autoritatem
 diuinam, sic habitus anima, virtuosior sit apud te: ne
 vel propter autoritatem indiscretè habitam, deprimir
 profundius, vel propter habitum laudabilem indignè
 portatum denuder ignominiosius ad damnationem. Et
 postea docet, quomodo aliae actiones ab eo
 peragendae sint, quibus etiam conformes pos-
 effectus proponit Episcopo. Cam, inquit, accedit
 ad mensam, dicit sic: Domine Iesu Christe, qui vis
 quod corpus sustentatur de cibo corporali, rogo te, da
 mihi auxilium, sic dare corpori meo necessaria sua, ut
 non attingatur ex nimietate ciborum, nec deficiat ex
 parciatis, sed inspira mihi moderationem congruum, ut
 cum de terra vivas, Dominus terra à terra sua non
 provocet ad iram. Et infra. Ingrediens lectum oret
 sic: O Domine Deus meus, qui creasti corpus meum,
 vide me misericordia tua, & presta mihi auxilium
 tuum, ut non ex nimietate somni accedas, si am ad
 servitum tuum, nec ex defectu somni, deficiam in
 servitio tuo, sed modera somnum meum, quem præcipit
 habere ad corporum relatiōnēm, ut inimicus non no-
 ceat corpori, necon occulso iudicio tuo, in anima do-
 minetur. His similia traduntur alteri Episcopo
 lib.3. Reuel. S. Brigitæ cap.1.

Lancij Opus. Tom. 2.

Qua in re enītuit admirabiliter nostri Patris
 Petri Fabri industria, quam fusè describit Or-
 landinus in eius vita, quæ cum nunc ægrè in-
 ueniri possit venalis, non grauabor id quod de
 eo refert hunc in locum transcribere. Cum ad
 urbem aliquam oppidumne proprius accederet, funde-
 bat super incolas orationem, & Clementissimo Déi
 Numinis supplicabat, ut eius regionis Angelus, Ange-
 lig, Magistri singulorum hominum, atque Custodes,
 præcipuo eam studio, curaq; defendarent. Invocabat &
 Sanctos, cuiusq; loci Patronos ac tutelares, ut pro ha-
 bitatoribus suis, aut gratias agerent, aut opem posce-
 rent, aut veniam à Deo peterent, partesq; illas officij
 atque gratiarum, quas ipsi incola vel negligenter vel
 ignorarent, ipsi vtrō susciperent, atque peragerent. In
 conducendis etiam nouis edibus, ac permutatis hospitiis
 morerat, ipso primo suo ingressu, singulis in cubicu-
 lis genuflexo precem fundere. & conclauia cuncta, om-
 nemq; angulum, tum ad abugendos impuros spiritus,
 qui hanc aërem obdiderat, tum ad arcendam aëris inle-
 mentiam pia preicatione lustrare: meneneratq; in suis
 precibus eorum etiam, qui in domiciliis illis vel habi-
 tassent aliquando, vel posterum habitarent, ne quid
 eorum animis illa officeret habitatio. Quin & vicino-
 rum Angelos, contra eosdem spiritus implorabat, præ-
 fertim eos, qui non tam tectis essent infelix, quam cor-
 porum pudicitia. Addebat & Sanctorum hominum
 conciliationem, præcipue qui colerentur proximis tem-
 plis: ut perbeatis fibi videri possent, qui deinceps tam
 expiatis, & procuratis edibus vterentur. Sed quam
 studiosa materiam vndiq; aucuparetur orandi, vel illu-
 dum documento esse potest. Quid cum in Principis Phi-
 lippi Regiam concionis auctoritatem gratia se aliquando
 conferret, à tanore qui eum non nouerat, primò re-
 pulsus, expectandi moras & tedia in orationis argu-
 menta conuerit? Sed quid mirum. Si rectè valent,
 tam erat cordi precatio, quando eandem curam gere-
 bat egrotis. Aegrotabat aliquando Louanij & mor-
 borum inter aculeos, accusabat anima orantis ficitu-
 rem, cumq; ea re vehementius angeretur, quod videre-
 tur fibi Deus longius recessisse venit in mentem illius ex
 Psalmo Davidico vocis: Cum ipso sum in tribulatione, Psal. 4.
 Quà quidem paulisper expensā atque excussa, mero-
 rem omnem angoremq; discusit. Altas etiam, cum ad
 multos dies nocturnos somnos adimeret morbus, nec vli-
 lam caperet quietis partem, neque nocturne neque di-
 uina, illa alia ex eisdem oraculis, apta voce, somnis fu-
 gam ac desiderium lenire coepit. In pace in idipsum
 dormiam, & requiescam. Cum imbecillimum caput vis
 doloris obtundere, repetebat memoria spinis obtutum
 caput Christi, & horridis ictibus cruentatum. Atque
 his cogitationum somnis, cum doloris temperabat
 ardore, tum dulces liquefiebat in lachrymas. Quin et-
 iam eo crescebant degustati calicis siti, ut vehementer
 cuperet suum caput ad spinosum Domini caput ap-
 plicari, & eius consubstanciali spinis atque configi. Par-
 mæ cum inter initia vehementius laboraret, nec se, de
 more posset, ut eius gestebat animos, in animorū salu-
 tem impendere, continuo Dei nuncio agnouit, & in-
 beneficij parte posuit, quod ille, in se iacente, suos malles

atque priuatos, quām flantem atque valentem, alienos curare progressus. Hoc pēenne precatioṇis studium a-lebat atque souebat varietas: & erat quidem illi quotidiana contemplatioṇis pabulam, vita Christi: vbi enim mens eius versaretur vberius, vbi iucundius? Sed ad pietatem, multiplices alios vel ex piā & accurata lectione, vel ex doctrinā & afflato Spiritus Sancti, adiungebat orandi modos, praciū autem tres, summe viiles, eodemq; iucundos, quām difficiles magis, quos ob eam rem optabat, vt confessarij suos quisq; a scelis edo- carent.

Primus erat ē Litanijs, quas assidue, & ad omnēs adhibebat vsum. Non enim ad beneficia modo posflanda, vt vulgū sit, sed & ad gratulandum, adorandum, laudandum, & familiā Religioṇis officia riebat. Et enim prout locū tempusq; admonebat, ingrediebatur mente beatam ilam currā, & ad thronum Sanctissime Trinitatis, Patrem rogabat, vt Filio & Spiritui Sancto, tum Filio supplicabat, vt benediceret Patri, ac Spiritui Sancto, ac deinde Sanctū venerabatur Spiritū, vt idem benediceret Patri & Filio. Intelligebat autem mutuam gratulationem quandam, & quam decimus complacentiam. Deinde Beatissimam celi Reginam precabatur, vt Sanctissimam Trinitatem suo nomine, aut etiam alicuius ē viuis vel mortuū, adoraret: ac rursus Auguſtissimam Trinitatem, vt Beatissimā Virgiṇi, benedicet pro omnibus donis, que per eā in terrā deriuantur. Tum ad Angelorum ceterorumq; celestium ordinū choros adiens, pren'abat vñquenq; pariter rogans, vt pro se aliisq; Deo aut Beata Virgiṇi, aut alteri Sanctorum, gratiarum actiones, aut aliud genus honoris persolueret.

^{162.} Alter modus orationis erat ex percurrendū preci-piū vita Domini neiij Mysteriis, que ad præsens tem-pus scienter accommodabat: perq; ea deinceps singula, Sanctissime Trinitatis Personas, Caliteq; omnes ob-testabatur.

^{163.} Tertium genus sumebat, ē summa Christiane Doctrina, vt Dei præcepti, & Ecclesiæ, vt fidei capitulo, vt peccati septem principib; contrariisq; virtutibus, vt pietatis operibus, quinđ item humani corporū sensibus, & tribus animi facultatibus. Hac ordine recolens. Ipſa seruū varietas, variis suggerebat affectus, & mun-venia petitiones, nunc donorum postulationes, nunc actiones gratiarum, non pro se tantum ac viuis, sed etiam pro vita funēbri addebat, rogans Deum, vt con-donaret eis, quicquid ex primo adhuc deberent præcep-to, quicquid ex secundo, itemq; de ceteris, quicquid in superbia peccauerint, nec dum deletum sit: quicquid oculis aut auribus, quicquid in operibus misericordia, in articulis fidei, & in virtutibus, quibus adipiscendis negligenter insisterint.

^{164.} Haec præcandi tres forma erant Fabro per familiā-res. Incidit quoque in librum quendam S. Gertrudis, unde variam se fatetur orandi filiam, magno suo com-modo comparasse. Sed admirabilem in hoc genere va-rietatem sappeditabat, ista temporum, feriarumq; va-rietas, cum aut varia Redemptori nostri mysteria, aut Sandissimorum Martyrum nectes, solemni religione re-curerent. Quia pietatis vicissudo, ita gustum in eo

quendam, auiditatēq; velut in epulis renouabat, & nūquam ex vītu, nūquam impellente consuetudine, vel ad contemplationem, vel ad Sacrafācta Liturgie mysteria: (quod pleriq; parum considerant cogita-teq; faciunt) sed quotidiū nouis, quotidiū recens, acte-164. 1.2. c. 17. vita, dederit. De eodem idem alibi sic scribit: Vīsi ca-dauerib; ac sepulchrū, non modū memoriam subire mortis sed admirationē aeternae Sapientie, quam ex vilissimo puluere speciosissimum corpus restituere deſi-nasset: simil agi gratias Deo debere, quod per talia ad-miracula dignatus esset, præclarā multa, ad sui com-mendationē nominis perpetrare. Orān pro anima-bus defunctōrum, rogabat, vt illos dolores, ad vberio-ren gloriā promerendā sibi inutiles: pro nobis, Deo ipſa dicarent: vt intelligeremus, quantopere ritanda peccata sint, quantumq; cura ac diligētia sit in vir-tutis studio, ac diuino cultu ponendum: ac priuatum notitiam & odium nancisceremur earum culparum, propter quas ipse purgatricib; flammis exurerentur. Et quod mirabilius est, etiam in meliorib; Ethniciis sūt aliqua species talis pietatis. Scribit Plutarchus de Paulo Emilio Romanorum Legionum Duce, contra Perseum dimicante. Eām ha-stam tenentem, pugnantemq; opem implorasse Dei: quod multi in Christiana militia non faciunt.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De actib; amoris erga Deum eliciendis.

His octo generis affectibus, subiectam no-num, de frequentatione actuum amoris erga Deum, quos tum ex Theologotū doctri-na, tum ex Sanctorum ac magnorum Dei ser-uorum exemplis & praxi didici. Sicut autem alij pīj affectus, non semper, nec vno modo, debent elici, sed iuxta commoditatēm tempo-ris & occupationum, longiū à solitariis, bre-uīs ab aliis idem & in his obseruandū est.

Portū amoris erga Deum genera sunt duo: ^{8. Th. 1.2.} alter, amor concupiscentiæ vocatur à Theolo-gis, quo Deum prosequimur, vt bonus ac vti-^{9. 1.6. 2.4.} lem nobis, & à quo gloriā speramus aeternā; alter priorē perficit, dicitur amor benevolē-tiæ, quo Deum amamus propter bonitatem, quam habet in se, sine respectu ad beneficia eius, per quae, vel speratur fore, vel est, bonus nobis. Cum ergo in rebus fluxis ac transi-^{8. 1.1. 4.} bus, id quod est optimum, eligamus, par etiam erit, vt in rebus spiritualibus, præferamus acti-bus amoris concupiscentiæ, & tūs amoris bene-^{2. 1. 2. 1. 7.} volentiæ, cum sint hi, illis perfectiores vt docet ^{a. 8.} S. Thomas.

Actuum amoris Dei, alij sunt merē interni, à sola voluntate eliciti, alij externi. Vtique æquē sunt necessarij, vt sit amor Dei omni ex parte perfectus, non solum quā Deum respicit, verū etiam, quia proximum propter Deum: qualis a-mos,